

dicta. Altera iuncta ponte Alexandria colonia Cæsaris dictatoris Pharus, quondam diei navigatione distans ab Aegypto, nunc è turri nocturnis ignibus cursum nauium regens. Nanq; fallacibus vadis Alexandria, tribus omnino aditur alueis maris, Tegamo, Possideo, Tauro. In Phœniceo deinde mari est ante Ioppen Paria, tota oppidum, in qua obiectam beluæ Andromedam ferunt: & iam dicta Arados, inter quam & cōtinentē l. cubita alto mari (vt autor est Mutianus) è fonte dulcis aqua tubo corijs facta, vsq; à vado trahitur. Pamphyliū mare ignobiles insulas habet. Ciliciū ex quinq; maximis Cyprum, ad ortum occasumq; Ciliciæ ac Syriæ obiecta, quondam ix. regnorum sedem. Huius circuitum Timosthenes ccccxxix. M. d. prodidit. Isidorus cclxxv. M. Longitudinē inter duo promontoria, Dinaretū & Acamanta, quod est ad occasum, Artemidorus clxij. d. Timosthenes cc. vocatam ante Acamantida, Philonides Cerastin, Xenagoras et Aspeliam, & Amathusiam, & Macariam, Astynomus Crypton, & Coliniam. Oppida in ea xv. Paphos, Palapaphos, Curias, Citium, Corinēū, Salamis, Amathus, Lapethos, Solæ, Tamaseus, Epidarum, Chytri, Arsinoe, Carpasū, Golgæ. Fucre & ibi Cinyria, Marium, Idalium. Abest ab Anemurio Ciliciæ l. M. paf. Mare quod prætenditur, vocant Aulona Cilium. In eodē situ Eleussa insula est, & quatuor ante promontorium ex aduerso Syriæ Clides. rursusq; ab altero capite Stiria. Contra Neampaphum Hierocepia. Cōtra Salamina Salamina. In Lycio autem mari Illyris, Telandos, Attelebuffa, Cypriæ tres steriles, & Dionysia prius Caretha dicta. Deinde contra Tauri promontorium pestifera nauigantibus Chelidonia, totidē ab ijs cum oppido Leucola, Paftyæ, Lafia, Nymphais, Macris: Megista, cuius ciuitas interit. Multæ deinde ignobiles. Sed cōtra Chimæram Dolichiste, Chirogylium, Crambuffa, Rhoge, Enagora viii. M. paf. Dædaleon duæ, Cryeon tres, Strongyle, & contra Sidyma Antiochi, Glaucumq; versus annē Lagusa, Macris, Didymæ, Helbo, Scope, Assis, & in qua oppidū interit Telandria, proximaq; Cauno Rhodussa. Sed pulcherrima & libera Rhodos, circuitu cxxx. M. paf. aut si potius Isidoro credimus ciij. habitata vrbibus Lindo, Camiro, Ialyso, nunc Rhodo. Distat ab Alexandria Aegypti d. lxxviii. M. vt Isidorus tradit: vt Eratosthenes cccclxix. milia: vt Mutianus d. à Cypro clxvi. Vocitata est antea Ophiussa, Asteria, Aethræa, Trinacria, Corymbia, Pæssa, Atabyria ab rege. Deinde Macria, & Oloessa. Rhodiorum insula, Carpathus quæ mari nomen dedit: Casos, Achne olim: Nisyros distans ab Gnido xii. M. d. Porphyris antea dicta. Et eodem tractu media inter Rhodum Gnidumq; Syme. Cingitur xxxvii. M. d. Portus benigne præbet octo. Præter has circa Rhodū, Cyclopis, Teganon, Cordylussa, Diabeta iiii. Hymos, Chalce cum oppido, Seutlussa, Narthecussa, Dimastos, Progne: & à Gnido, Ciferussa, Therionarce, Calydne cum tribus oppidis, Notio,

Nisyro, Mendetero, & in Arconeso oppidum Ceraurus. In Cariæ ora quæ vocantur Argiæ, numero viginti, & Hyetussa, Lepsiæ, Leros. Nobilissima autem in eo sinu Cos, ab Halicarnasso quindecim M. paf. distans, circuitu c. vt plures existimāt Merope vocata. Cos vt Staphylus, Meropis vt Dionysius, dein Nymphæa. Mons ibi Prion, & Nisyron abruptam illi putant. quæ Porphyris antea dicta est. Hinc Cariada cū oppido. Nec procul ab Halicarnasso Pidosus. In Ceramico autem sinu Priaponesos, Hipponnesos, Pysira, Mya, Lampsemadus, Passala, Crusa, Pyrrhe, Sepiussa, Melano: paulumq; à cōtinente distans, quæ vocata est Cinædopolis, probrosus ibi relictis à rege Alexandro. Ionie ora Aegeas & Corseas habet, & Icaron, de qua dictum est: Ladem quæ prius Late vocabatur, atq; iter ignobiles aliquot, duas Camelidas Mileto vicinas: Mycalen, Trogilia, Trepillion, Argēnon, Scandalion, Samon liberā, circuitu octoginta septē M. paf. aut vt Isidorus c. Partheniā primū appellatā, Aristoteles tradit, postea Dryusam, deinde Anthemusam: Aristocritus adiicit Melamphyllū, dein Cyparissia: alij Parthenoarusam, Stephanen. Amnes ī ea Imbrassus, Chesius, Ibettes. Fontes Gigarto, Leucothea. Mōs Cercetius. Adiacent insula, Rhypara, Nymphæa, Achilla. Par claritate ab ea distat xciii. M. passū, cum oppido Chios libera, quam Aethaliam Ephorus prisco nomine appellat, Metrodorus & Cleobulus Chiā, à Chione nympa, aliqui à niue, & Macrin & Pitiusam. Montem habet Pelleneum, marmor Chiū: circuitu cxxv. M. paf. colligit, vt veteres tradidere. Isidorus ix. milia adiicit. Posita est inter Samum & Lesbū, ex aduerso maxime Erythrarū. Finitimæ sunt Thallussa, quam alij Daphnussa scribūt. Oenussa, Elaphites, Euryanassa, Arginussa cū oppido. Iam hæc circa Ephesum, & quæ Pisistrati vocantur, Anthina, Myonnesos, Diareusa. In vtrāq; oppida intercidere. Poroselene cū oppido, Cercia, Halone, Cōmone, Illetia, Lepria, & Rhesperia. Pro cussa, Bolbula, Phana, Priapos, Syca, Melane, Aenare, Sidussa, Pela, Drymussa, Anydros, Scopelos, Sycussa, Marathussa, Pfile, Perirheusa, multæq; ignobiles. Clara vero ī alto Teos cū oppido, à Chio lxxxi. M. paf. tantundē ab Erythris. Iuxta Smyrnā sunt Peristerides, Carteria, Alopece, Eleussa, Bachina, Pysira, Crommyonnesos, Megale. Ante Troada Ascania, Platea iii. Dein Lamia, Plitania ii. Plate, Scopelos, Getone, Artheidon, Cela, Lagussa, Didyma. Clarissima autem Lesbos, à Chio sexagintaquinque milia paf. Hemerte, & Lafia, Pelasgia, Aegira, Aethiope, Macaria appellata fuit, octo oppidis inchyta. Ex iis Pyrrha hausta est mari, Arisbe terrarū motu subuersa. Antissam Methymna traxit in seipsam viii. vrbibus Asia in xxxvii. M. paf. vicina. Et Agamede obiit & Hiera. Restant Eresos, Pyrrha, & libera Mitylene, annis d. potens. Totā insula circuitur, vt Isidorus, clxviii. M. paf. ut veteres cxcv. M. Montes habet Lepethimum, Ordinum, Macistum.